



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

51 Parochi ad ecclesiarum suarum reparationem aliquando cogi possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

§32

& alia necessaria indigentibus solū de-
beantur ; ex tupta allegatis , nū aliter se
haberet consuetudo , quæ est servanda , ut
in dict. decif. super cap. 3. de resor. sess. 24. sub
tit. Vintimilien. Quia consuetudo † pro
lege habetur , cap. consuetudo , distinctione
1. & Bart. in l. 1. demique , num. 1. ff. de aqua
plu. arc.

46 Frequens † est quæstio in actu visita-
tionis , & post publicationem decretorum
in visitatione factorum , qui ad impensas
pro ecclesiis , oratoriis , capellis , & altariis
fabricandis , vel restaurandis , aliisque juxta
formam decretorum in visitatione facto-
rum , ad ecclesiarum cultum , & ornatum
parandis teneantur : & est distinguendum ,
quia juxta qualitatem , & statum bene-
ficiorum diversimodè debet statui , &
ordinari .

47 Si enim † queritur de parochialibus ,
quarum præsertim causa plures oriuntur
difficultates ; officium visitatoris hoc casu
præcipuum erit , de investiganda veritate
valoris reddituum parochialis ecclesiæ ,
qui aut sunt certi , nempè , consistentes in
prædiis cultis , & fructiferis , seu pensionai-
bus prædiorum , & domorum ; vel sunt incerti , ut qui consistunt in decimis , aut pri-
mitiis , quæ non habent certam quotam
taxatain , quid & quantum parochiani pa-
rocho persolvere teneantur , vel sunt om-
nino incerti consistentes in oblationibus ,
& eleemosynis penitus incertis .

48 Primo casu , † cum super parochialium
ecclesiarum fructibus , qui non excedunt
summam ducatorum centum , pensiones
annue reservari minimè possint , obstantes
decreto sacri concilij Tridentini , cap. 23.

49 sequitur , † quod sacram 55 concilium quod novit , quæ patochis snt

necessaria ad eorum congruam susten-
tionem , dictam summam taxaverit , pro
necessariis eorum alimentis , & indumen-
tis ; nec cum minori annuo redditu da-
center vivere possunt ; cum quidlibet pa-
rochus saltem unum clericum illi inter-
vientem habere debeat , & propterea
quodlibet † beneficium presumatur esse
annui redditus pro vita duorum , cap. 31.
quisque , junct. gloss. in verb. clericum ,
de vit. & honest. cler. & Felyn. in cap.
ad aures numer. 4. vers. tercia conclusio , de
rescript.

51 Licet † enim , qui parochiales ecclesiæ
obtinent , ad reparationem ecclesiarum
cogi possint : hoc procedit , cum de redditu-
bus , quæ sunt iplius ecclesiæ : eis super-
funt ultra necessariam sustentationem ,
quod tunc conferre teneantur , ut pro-
bat text. in cap. de his , de eccles. edificie . &
reparan. alias non , quia clerici † vivere de-
bet de patrimonio Iesu Christi , cuius
obsequio deputantur , c. cum secundum de
praben.

Quando vero † parochialium fructus
excedunt dictam summam centum ducato-
rum , tunc si agitur de fabrica totius , vel
majoris partis ecclesiæ , seu domus canoni-
calis , partes visitatoris erunt in condem-
nando parochum ad concurrentum cum
parochianis , pro illa portione ad quā arbi-
trio boni viti erit condemnandus , non au-
tem in tota illa quantitate pecuniarum ,
quæ excedet summam centum ducato-
rum , quia non ita strictè est illa summa
perstringenda , quo etiam pro qualitate
loci , & personæ † majores redditus pa-
rocho debeat , & illi ducati centum re-
tori liberi remanere debent , ut est † de-
mente Pontificum , qui in reservationibus
penso-